



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Zelus divinæ gloriæ & animaru[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

illo regno nō languescat, sed in omnes partes perficiatur, haud dubiè Canisius nunc maximè totius agit terrarum orbis Patronum, & ad clientes, ac supplices suos clementissimè aures acclinat. Id pollicetur non studium modo illud precādi singulare, sed etiam immensus quidam in rem Christianā publicā, & orthodoxam Ecclesiam amor, nempe examore prognat^o, quem erga summam Numinis Maiestatem, & Christum Dominum acrem, efficacem, & ipsas penitus depascentem medullas, habebat.

*zelus divinus
gloria & am-
miratio.*

Conficiebatur Zelo Domus Dei, & contabescet videns stragem labentis Patriæ, ruentes que in Hæresim populos: & clamabat in cælum, & per literas deplorabat, Sal infatuatum eiicitur foras, & conculcatur, nec vigilamus. Perit cum grege Pastor, & cœcus cœcum ducit in foueam: Sed quoties quisquam recogitat in corde suo tantam calamitatem? Obsurduimus propemodum, & ludum putamus infinitam animarum cladē, quæ nostro vitio aut pereunt, aut melius habere poterant, si & quæ spiritualia, atq; temporalia, non nunquam & vana, curaremus. Dominus aperiat nobis oculos, ut videamus, & animos commo- ueat,

ueat, ut ploremus contritiones Israël. Hæc flam-
ma rapiebat virum Dei ad illam tot eodem tem-
pore subeundam laborum varietatem, ut idem
concionibus pertonaret, idem Catecheseon ex-
forberet tædia, idem doceret, atq; adeò digladia-
retur in gymnasiis, idē aures confitentibus daret,
Nosocomia, & custodias publicas tereret: per cō-
creta niuibus, inter hominum, ac cæli iniurias er-
raret loca: nec ferè vñquam dexteram stylo, tan-
quam sacro telo nudaret. Vnde neceſſe erat fran-
gi tandem vires corporis, & inuictam illam ani-
mi constantiam, præ carnis infirmitate, demum
sub fasce cadere. Inde omnibus clamantibus plus
nimio atterere ſe ſe, & laboribus encare, cogita-
bat nondum ſe vſq; ad sanguinem pro Dei Eccle-
ſia hostium telis obſtitiffe: nec quicquam auebat
ardentius, quām vt martyrij certamen offerretur.
Itaq; cum aduersus editum à ſe Catechismū qui-
dam ſcripsifſet maledicentissime, Gratias, aiebat,
sancto Iefu nomini agamus, pro quo nomine di-
gni ſumus, & vtinam digni, maiora pati, non fo-
lum contumelias verborum, ſed etiā rebus iſpis
iniurias vſq; ad mortem in testimonium illis pro
gloria iſpſius nominis IES V amen. Cum verò

y 3

inhor.

*Cupiditae
Martyrj.*